

N. 58.

A. D. 1316

(4 Ottobre; Indiz. XV)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale (<i>olim</i> S. Giacomo).
<i>Data di luogo</i>	Salpi.
<i>Rogatorio</i>	<i>Symon not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,40; larg. m. 0,22.
<i>Scrittura</i>	Gotica nitida.
<i>Contenuto</i>	<i>Iudex Marinus de Symeone</i> di Salpi, abitante in Barletta, desiderando di farsi oblato del monastero di Monte Sacro, dona a detto monastero per mezzo di fr. Martino monaco e priore della Chiesa di S. Giacomo di Barletta (<i>grancia</i> del detto Monastero) quattro sue case esistenti <i>in pictagio Putei Salsi</i> , nella città di Salpi, e quattro pezze di terre nel territorio della medesima.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iehsu Christi Millesimo Trecentesimo sextodecimo Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno octavo feliciter. Mense octubris die quarto eiusdem quintedecime Inditionis apud Salpas. Nos Nicolaus de Alibreda Salparum Iudex, Symon puplicus eiusdem terre notarius et testes *etc.* testamur quod ipso die accersitis coram nostri presentia discretis viris Iudice Marino de Symeone de eadem terra Salparum habitator tamen Baroli. et fratre Martino Monaco et priore Ecclesie Sancti Iacobi de Barolo Grancie Monasterii montis Sacri. Idem iudex Marinus sua nobis affectione monstravit se fore oblatum Monasterii montis sacri predicti. Cui Monasterio donaverat tempore oblationis sue pro salute anime sue. Certa bona sua stabilia habita intus in Civitate Salparum. et extra. in pertinentiis videlicet Civitatis eiusdem prout in instrumento oblationis ipsius plenius continetur, que quidem bona oblata per eum dicto Monasterio volebat Tradere et assignare nobis presentibus et videntibus per fustis Traditionem et assignationem titulo inrevocabili eidem fratri Martino nomine et pro parte Abbatis et Conventus Monasterii supradicti Traditionem et assignationem ipsam personaliter recipienti, ut de assignatione dictorum bonorum posset per nos dicto Monasterio Instrumentum fieri competens ad cautelam eidem Monasterio omni futuro tempore valiturum. Tandem ad requisitiones et preces dictorum Iudicis Marini oblatis, et fratris Martini Monaci dicti Monasterii montis sacri nobis personaliter conferentibus cum eisdem ad Pectagium putei salsi scitum (*sic*) intus in Civitate Salparum in quo quidem pectagio dictus Iudex Marinus habebat et possidebat domos quatuor contiguas quas nos ipsi vidimus et inspeximus diversis finibus designatas. nec non et pecias quatuor de terra sua laboratoria scitas extra Civitatem salparum in Territorio Civitatis ipsius diversis finibus designatas. dictus Iudex Marinus cum tota debita iuris solennitate (*sic*) ad hoc necessario observata coram nobis per fustis Traditionem assignavit eidem fratri Martino. et eidem frater Martinus nomine et pro parte abbatis *etc.* recepit *etc.* intravit in possessionem *etc.* videlicet. quatuor domos contiguas scitas in Civitate Salparum in pectagio putei salsi iuxta hos fines videlicet a primo pariete iuxta domum benedicti de Stellamaria de eadem terra Salparum Congnati dicti Iudici Marini, ab altera parte. a Medio pariete iuxta domum Carelle neptis dicti Iudici Marini. Ab alia parte a medio pariete iuxta